

Lorenz Rhodoman

**Carmina II.|| Primvm , In Hono-||rem Pii, Ac Docti Viri, D. Hei-||nonis  
Diepenbrvchi, Verbi Divini || in Ecclesia Harburgensi ministri fidelis, cum ... Eli-  
||sabetha, D. Henningi Papæ, olim apud || Brunsvicenses Pastoris vigilan-  
||tiß[ima] filia. Altervm Ad Nobilem Et || Ervditvm Avlae Harbvrgeicae || Marscallum  
[et]c. gratitudinis ergo: || scripta à || M. Laurentio Rhodomanno.|| His Et Nvptiale  
Votvm || loh. fratris sponsi acceßit**

Rostochii: [s.n.], 1571

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742586219>

Druck Freier  Zugang



Rheblomannus  
1577

531

69-3531.

401

Gebunden bei  
**R. Fuchs**  
Hof- u. Universitäts-  
Buchbinder







Nov 11 6

181/33 class II

11  
7  
7  
1/2  
2

physik

62884.  
CARMINA II.  
PRIMUM, IN HONORE  
REMPHII, AC DOCTI VIRI, D. HEL-  
NONIS DIEPENBRUCHI, VERBI DIVINI  
in Ecclesia Harburgensi ministri fidelis, cum san-  
ctum coniugij fœdus iniret cum honesta virgine ELI-  
SABETHA, D. Henningi Papæ, olim apud  
Brunsicensis Pastoris vigilan-  
tiss. filia.

ALTERVM AD NOBILEM ET  
ERVITVM AVLAE HARBURGICÆ  
Marscallum &c. gratitudinis ergo:  
scripta à  
M. Laurentio Rhodomanno.

HIS ET NYPTIALE VOTVM  
Ioh: fratris sponsi accessit.



ROSTOCHII.

ANNO M. D. LXXI.

Reuerendissimo ac doctissimo D. magistro  
maistro Superintendenti Diarcho Verdenis  
sib. suo duo plurimum solendo et amice



**H**uc age coniugij venerabilis auctor adesto,  
**E**t firma nutu fœdera sancta tuo.  
**I**ngreditur thalamos Heino mea cura iugales,  
**N**on male fucatus quem mihi iungit amor.  
**O** qua Musa mihi Lyricam nunc prompta ministrat  
**B**arbiton, ut sponso carmina digna sonem?  
**A**t non Musa mihi genialia carmina fundit,  
**T**alia syncerus sed mihi dictat amor.  
**H**actenus immites hyemes in cœlibe lecto,  
**E**t tristes Heino viderat ire dies.  
**L**atior en subito Phœbus se ostendere cœlo  
**I**ncipit, & Zephyri lenior aura fluit.  
**V**er redit, & molli rident in gramine flores,  
**S**egnīs & euictō frigore cedit hyems.  
**C**onsociantur aues, saluunt per cœrula pisces,  
**O**mnia per roseam luxuriantur humum.  
**N**ulla manet dulci sine compare bestia, nulla  
**I**ucundis etiam fœtibus orba manet.  
**V**idit, & heu brutis mea sors est tristior? inquit,  
**G**ratâq; sic nunquam tempora veris erunt?  
**E**n quam fœcundos ineunt animalia nexus,  
**M**e solum nexu coniugis arcet Amor.  
**D**ixit, & extemplo veneris puer audit, & arcum  
**V**erit in hunc, & mox spicula bina iacit:  
**C**ontigit hoc illum, sed contigit illud Elisam,  
**I**n pictis iunctus cui spaciatur agris.  
**T**ristificos subito concepit virog, calores,  
**E**t cæcum leso pectore vulnus alit.  
**L**æta mihi sine te nulla est (ait ille) voluptas,  
**I**lla refert, sordet te sine vita mihi.  
**S**ic dum nemo potest tantas restinguere flammās,  
**A**lter & alterius lassus amore iacet:

Blandus



*B*landus Hymen egros tandem solatur amantes,  
*E*t fausto castas suscitatur igne faces.  
*T*raditur Heinoni sua dulcis Elisa, pudicum  
*H*einoni iungit dulcis Elisa latus.  
*A*n te pererravit quam totum Cynthius axem,  
*M*ater eris nato pignore, sponsa, tori.  
*P*atris & optato gaudebis nomine sponse,  
*A*spiret caeptis si modo rite Deus.  
*P*ropterea vobis lecti socialis honorem  
*A*d Roseas Varni nunc ego grator aquas:  
*E*x animo fundens pro vestra vota salute,  
*C*hristus ut hac mihi pacta secundet ope.  
*H*ic faciat custos vestri concordia lecti,  
*R*ectrix & pietas semper ut esse queant.  
*I*lla fides & amor faelix, praesensq; voluptas,  
*S*emper ad extremos stent sine labe dies.)  
*T*e vero decet hac pro coniuge solvere grates,  
*O*mni mihi non dubia cognite sponse fide.  
*D*octiloquo nam patre sata est, & Naiadas inter  
*V*estras non illa cultior vlla fuit.  
*C*umq; tuus tractet caelestia verba maritus,  
*E*t sit Pierio pars quoq; digna choro:  
*M*axima concipias festina gaudia mente,  
*L*aus tibi de sponso, sponsa, decora venit.  
*R*idet Hymen, plaudunt Charites, Pax ostia claudit,  
*S*pargit & ante fores fors bona larga, sat est.

CLARISSIMO VIRO, NOBILITA-  
TE GENERIS, ERVDITIONE ET PRVDEN-  
tia insigni, D. ANDREÆ SAVRERO, il-  
lustris principis ac Domini D. OTHONIS DVCIS Brun-  
suuic. & Lun. consiliario intimo, doctog, doctorum Me-  
cænati, suo Domino & patrono obseruandis. M.  
Laurentius Rhodomannus S. P. D.

NVper ab illustri cum me mea principis Aula,  
Iussissent alium querere fata locum,  
Posthabitisq, diu studijs imponere finem,  
Vt tandem docta cultior arte forem:  
Alloquor, vt mos est, dulcēs abiturus amicos,  
Dicog, supremo cuilibet ore, vale.  
Dux (inquam) spectate vale, flos inchyte Regum:  
A me debetur gratia magna tibi.  
Nam pater vt natur., sic me tua maxima fouit  
Virtus, quam grato semper & ore canam.  
Et tu costa Ducis, cui nobile stemma parentes,  
Nobile sed probitas pectus habere dedit.  
Cum mihi tam mitis fueris, quis matris honorem,  
Sim licet haud tanti, me tibi ferre vetet?  
Vos quoq, magnanimi cultissima germina patris,  
O Lunburgiaca spesq, decusq, domus:  
Crescite faelices, & quod mea sedula vobis  
Cura dedit, memori mente tenete, rogo.  
Et vos, eximio quos Dux candore probatos.  
Officijs adhibet consilijsq, suis.  
Este mei memores, solitoq, adamate fauore,  
Cognita si vobis est mea rite fides.  
His ego digredior, mæstusq, amplector amicos,  
Fallor? an ex oculis tum quoq, gutta cadit?

Altera

*Altera sed iristes auget mihi causa dolores,  
 Copia SAVRERI quod data nulla fuit.  
 Nam dum forte Ducis peregrina negocia tractas,  
 O vir, quo solo spes mea nixa fuit:  
 Non poteras dextram nostræ coniungere dextra,  
 Speratusq; abitus testis adesse mei.  
 Et me (nam fateor) quamuis pia cura Dearum  
 Attraheret, Varni que sacra resqua colunt:  
 Tardus & inuitus tamen hinc retinacula soluo,  
 Dum licet optato non prius ore frui.  
 Ac merito, nam tu vero mihi corde fauebas,  
 Magnorumq; dabas limen adire Ducum.  
 Propterea gratam me nunc ostendere mentem  
 Iussit, & officium Musæ subire pium.  
 Destituent vestrum sicci prius Albida pisces,  
 Hic prius & nullas in mare voluet aquas.  
 Nulla prius vestros fruticabit erica per agros,  
 Vnde suum fingat sedula nectar apis:  
 Quam vestri mea mens obliuia duxerit unquam,  
 Nec pietas duret sensibus ista meis.  
 Proq; salute tua pulsabo sidera votis,  
 Que potero meritis sola referre tuis:  
 Vt tibi Nestoreum concedat Iupiter animum,  
 Ingenijq; sinat dona vigere tui.  
 Vt florens animo, sano quoq; corpore florens,  
 Publica cum multa commoda laude iuues.  
 Et tuus Aeneas, cui te Deus addit Achatem,  
 Floreat, hinc vitæ dum satur astra petat.  
 Num quid agam queris? meritis me ingentibus ornant  
 Musæ, que Varni clara rosæta tenent.  
 Complexu me nanq; suo dignantur, & amplas  
 Promunt, quas Cræsi regia nescit, opes.*

*Nuper & ex illis tota mihi dedita mente  
 Vna Magisterij nomina clara dedit.  
 Atq; ait: ò iuuenis nostri cape pignus amoris,  
 Aut si vis studij premia digna tui.  
 Dixit, & haud vllò que flaccida tempore sunt  
 Imposuit nostris florida serua comis.  
 Et iam tempus adest (nisi me promissa sororum  
 Fallunt) quo tradent munia certa mihi.  
 Munia Castalias monstrandi gnauiter arces,  
 Vnde decus vite presidiumq; feram.  
 Sed te, quem curis grauioribus Aula fatigat,  
 Forte moror nugis, care patrone, meis.  
 Idcirco veniam dabis inportuna canenti,  
 Meq; ut ames, facias & bona multa, Vale.*

ΕΥΦΗΜΙΑ  
 PRO FELICI CONIUGIO HEL  
 NONIS DIEPENBRUCH FRATRIS  
 SVI CARISSIMI.

*ERGO tuis etiam tandem dulcissime frater  
 Gratari thalamis nostra Thalia cupit.  
 Hoc pietas, studijq; volunt par fœdus, idemq;  
 In fratrem fratris maximus urget amor.  
 CHRISTE faue tediis, quarum tu fautor & autor,  
 Quasq; facis reliquas ante nitere faces.  
 O felix nimium, verè nimiumq; beatus,  
 Cui pia contingit dante marita Deo.  
 Dante marita Deo, quam castis morib. ornant,  
 Et pudor & pietas, cum probitate fides.  
 Illa satis diues, satis est dorata puella,  
 Quæ pia virgo satis, quasq; pudica satis.*

*illa*

Illa viro sociata suo constanter adhæret,  
 Coniugijq; simul fert patienter onus.  
 Illa virum verbis solari nouit amicis,  
 Tristior ambiguam cum vehit aura ratem.  
 Latatur letante viro, melioribus auris  
 Cum Deus, & Phœbi cura secunda fauent.  
 Hanc cupit, hanc deamat, sola vir pendet ab illa.  
 Illa sui rursus pendet ab ore viri.  
 Dic age connubium quod tali dulcius? ast hoc  
 Obtingit nulli, te nisi dante, Deus  
 Ergò vocate veni felix sacra fœdera firmes,  
 Quæ sunt in CHRISTI nomine cœpta tui.  
 Hospes amate veni: Te supplice mente rogauit  
 Cum sponsa sponsus, cultor vterq; tui.  
 Te pater, (hei possunt multum pia vota parentum,)  
 Vnanimi fratres hoc petière prece.  
 Vesper adest, gratus Neonymphis: CHRISTE venito,  
 Et pia propositio numine cœpta rege.  
 Ecce pia valuerè preces, gratissimus hospes  
 Verus Hymen, seruis tempora cinctus, adest.  
 Et noua sponsa venit thalamos subitura iugales,  
 Hanc parili sponso iunget amore DEVS.  
 Salue vere Hymen, Deus ô castissime salue,  
 Te presente nouus non male ceder amor.  
 Legitimo iunctis lecto suauem injice flammam,  
 Vnanimiq; liges pectora pace duo.  
 Hæc scripsi pia vota tibi charissime frater,  
 In te fraternus notus ut esset amor.  
 Viuite concordēs, concordī pace ligati,  
 Concordi seruet vos in amore Deus.  
 Viuite felices, felici sidere iuncti,  
 Viuite, sed viuo viuite vterq; Deo.  
 Iohannes Diepenbruch Cosueldianus. F.

EPIGRAMMA M. L. RHOD.

**D**um moror & dubito, munuscula debita amicis.  
In lucem serò num mihi danda forent.  
Ecce mihi paulo mortali maior imago  
Ante oculos, lauro tempora cincta stetit.  
Aonidum fuit vna, Dea nec forma fefellit,  
Talibus, hæc soluit labra diserta sonis  
Quid dubitas? sero decerpit vinitor vnas,  
Dulciaq; immerso sub pede musta premit.  
Serò pomiferi nutantes pondere rami  
Carpere Vertumno dona iubente sinunt.  
Non tibi maturis fætus qui carpitur horis  
Dulcior, & veri mella saporis habet?  
Sic sero quamuis, tamen acceptissima sponso  
Sponsa venit, magis & sæpe petita placet.  
Dixit, & athereas secum Dea rapta per auras  
Carmina dilectis ipsa legenda tulit.

F I N I S.












*Nuper & ex illis tota mihi dedita mente  
 Vna Magisterij nomina clara dedit.  
 Arg. ait: ò iuuenis nostri cape pignus amoris,  
 Aut si vis studij premia digna tui.  
 Dixit, & haud vllò quæ flaccida tempore sunt  
 Imposuit nostris florida ferta comis.  
 Et iam tempus adest (nisi me promissa sororum  
 Fallunt) quo tradent munia certa mihi.  
 Munia Castalias monstrandi gnauiter arces,  
 Vnde decus vitæ presidiumq; feram.  
 Sed te, quem curis grauioribus Aula fatigat,  
 Forte moror nugis, care patrone, meis.  
 Idcirco veniam dabis inportuna canenti,  
 Meg; ut ames, facia*

EYΦ  
 PRO FELICI  
 NONIS DIEPE  
 SVI C.

**E**Rgò tuis etiam tandem  
 Gratari thalamis nosti  
 Hoc pietas, studijq; volunt  
 In fratrem fratris max  
 CHRISTE faue tediis, qu  
 Quasq; facis reliquas  
 O felix nimium, verè nim  
 Cui pia contingit dant  
 Dante marita Deo, quam  
 Et pudor & pietas, cum prouitate iæs.  
 Illa satis diues, satis est dorata puella,  
 Quæ pia virgo satis, quasq; pudica satis.



*illa*

onstanter adhæret,  
 fert patienter onus.  
 ari nouit amicis,  
 tm cum vehit aura ratem.  
 , melioribus auris  
 hæbi cura secunda fauent.  
 mat, sola vir pendet ab illa.  
 endet ab ore viri.  
 quod tali dulcius? ast hoc  
 e nisi dante, Deus  
 iuxta sacra fœdera firmes,  
 CHRISTI nomine cœpta tui.  
 Te supplice mente rogauit  
 sus, cultor uterq̃, tui.  
 ut multum pia vota parentum,)

s hoc petière prece.  
 Neonymphis: CHRISTE venito,  
 numine cœpta rege.  
 ces, gratissimus hospes  
 èritis tempora cinctus, adest.  
 it thalamos subitura iugales,  
 nso iunget amore DEVS.  
 Deus o castissime salue,  
 us non male cedit amor.  
 to suauem iniice flammam,  
 pectora pace duo.  
 tibi charissime frater,  
 notus ut esset amor.  
 oncordi pace ligati,  
 vos in amore Deus.  
 i sidere iuncti,  
 vo viuite uterq̃, Deo.  
 hannes Diepenbruch Cosueldianus. F.

